



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 6. Honor Deo curæ est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Transiens ministrabit illi. Luc. 12. 37. In apice honoris, & gloriae, ad dexteram Patris constitutus, ministrat. Tantum placuit humilitatis obsequium; ut illud inter gloriosas æterni imperij infulas non deponat. Arcones in II. 2. Discursu 6.

Ostendit eis manus, & pedes. Luc. 24. 40. S. Cyrill. Alex in Catena: non alius est, qui videtur; sed ille idem, quem viderant in ligno mortuum. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Licet enim appareret in tanta resurrectionis gloria sublimatus; tamen ille idem ipse erat, qui privatim hominem agebat, qui in cruce erat. Tantò gloriae factigò non est mutatus in alterum; sed idem ille, quem viderant in cruce mortuum. Sylveira hic.

Existimans quia hortulanus esset. Joan. 20. 15. Cur resurgens similis videri voluit hortulano: ut in eo honore pristinae humilitatis exemplum retineret; & adhuc pro hominum salute laborare potius, quam regnare, velle videretur. Mendoza in 1. Reg. 11. v. 5.

Exempla aliorum.

Fratres ipse cognoscens non est cognitus ab eis. Gen. 42. 8. Nota, quòd Joseph in dignitate constitutus fratres noscat; licet vulgari amicos velle; licet mendicantes frumentum. Solent enim, qui dignitates contendant, milites, antè bene cognitos non agnoscere. Alvarez. Illustr. 179. hic.


Aperuit ostia domus Domini. 1. Reg. 3. 15. Samuel ad sublimiorem gradum propheticae dignitatis erectus, cum Deo familiariter collocutus, ac de rebus suo Magistro certissimè eventuris edoctus; tamen nec tantò honore tumidus, nec tantà scientiâ inflatus; ad eadem ministeria, quæ antea humilis exercebat, humilior recurrit. Mendoza. hic.

Quidquid ille (Mardocheus) precipiebat &c. Esth. 2. 20. faciebat. E castiva facta regina obedientiam conservavit. Mendoza ut.

Puer meus jacet. Match. 8. 6. Laudatur Centurionis in servum benignitas, & fides. Unde ei tanta fuit benevolentia? quia procul dubiò olim etiam unus fuerat de gregarijs. Escobar t. 6. par. Chr. hic. Obs. 2.

Et portaretur ab Angelis in sinum Abrahamæ. Luc. 16. 22. Revera fratres, parum se beatum credidit Abraham, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio, & solus donis frueretur divinis; qui hic humana bona, crudelem se credidit, si negaret. Sanct. Chrysol. 121.

Vado piscari. Jo. 21. 3. Petrus Apostolorum princeps, & totius Ecclesiae pastor jam designatus; post Christi resurrectionem; post apertum ei sensum, ut intelligeret Scripturas; post acceptum Spiritum Sanct. ad artem piscationam exercendam redijt. Mendoza in 1. Reg. 10.



§. IV.

Honor quomodo acquiratur, & perdatur.

Terram comedes cunctis diebus vira tua. Gen. 3. 14. Ad hominem verò: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vira tua. v. 17. Serpens, & homo, dicitur terram, seu ex terra comesturus: sed homo in laboribus; non serpens: quia labor via est, ad quam non serpens jam extra viam positus, sed homo, adhuc in via constitutus, aspirabat. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 7. gradus ad honorem labor.

§. V.

Pro honore Dei zelantes.

Dimitte me, ut irascatur furor meus. Ex. 32. 10. Quid Moyses? ne quasi dicant Aegyptij, callide eavxi: eos, ut irasceret in montibus v. 12. Sui oblitus, causis fecit honoris Dei. Nimirum vel ad divinitatis infulas vocatus *constituit e Deum Pharaonis*, Ex. 7. 1. linguæ impedimenta allegavit, & pro viribus fugit. Juslus accipere dignitatem renuit, hic taciturnitatem juslus dementer non paruit. Naxera in Jos. 18. §. 18.

Ego servus tuus vadam, & pugnabo adversus Philisthaum. 1. Reg. 17. 32. David ad regnum minimè se ingerit; obedientiã accersitur: *misit, & adduxit eum.* 1. Reg. 16. 11. 12. Sed ad honorem Dei tuendum seipsum intrudit. Naxera in Jos. 18. §. 18.

Omnes eiecit de templo. Jo. 2. 15. O quàm uterini germani sunt, & honoris proprii despectus, & honoris divini zelus! Qui proprijs honoribus inhiat, haud zelabit divinos: ad gloriam ardebit divinam, qui magnanimè condemnet humanam. Id. ib.

§. VI.

Honor noster Deo cura.

Tolle filium tuum. Gen. 22. 2. Deus se cretò, & internâ locutione, dixit Abraham; ut sibi filium immolaret. Sed postea. v. 11. jam evaginantem gladium videns, ecce *Angelus Domini de caelo clamavit.* Cur antè ad aurem submissè locutus, postea validè clamavit? Credo, ut tanti Patriarchæ honori consulere.

Nam si Isaac Deum prius præceptum non audiret revocantem; forsân crederet, patrem affectu paternò à divino obsequio revocatum. Ne ergo sinistra de eo cogitet, testatur Deus clamore, Abrahamum ab illo sacrificio non aliter, quàm divinitus, impeditum. Mendoza in 1. Reg. 6. Annot. 20. sect. 2.

Jacob vir simplex. Gen. 25. 27. Jacob maternò, seu potius divinò, consilio inductus, fratri Esau paternam benedictionem præripuit. Gen. 27. 28. Quis non crederet, Jacobum perversà fuisse calliditate? Ità videtur consensisse ipse Isaac. c. 27. v. 35. *veni germanus tuus fraudulenter.* Ità & frater suspicatur v. 36. *justè vocatum est nomen ejus Jacob.* Ità necesse erat, ut Jacob patris, & fratris testimonio in manifestam apud posteros infamiam fraudulenti veni-

veniret. Quid ergo Deus? ut Jacobum ab infamia liberaret, ejus simplicitatem paulo ante prædixit: *Jacob vir simplex.* I-dem ibid.

Et depositis ea. 1. Reg. 17. 40. Exiit David arma Saulis, quæ induerat; & pastorem ornatum assumpsit. Saul ei arma porrexit; verum David ea minime gestare poterat. Quam obrem? Nimirum Deus minime permisit, id scilicet agens, ut, nudus victoriam adipisceretur; nè arma rei feliciter gesta, ac victoriæ partem, sibi non vendicarent; rexque armis suis victoriæ partem adscriberet. S. Chrylost. in ps. 50. q. d. Deus integram præclari facinoris laudem seruo suo David reservavit: nam multum tuetur, & honorem curat, ac famam, fervorum suorum. Pinna in Eccl. Eth. 2. 44.

Percussit Dominus parvulum &c. 2. Reg. 12. 15. Davidis veram etiam infamiam ex adulterio contractam Deus absconditam voluit: nam filium ex adulterio natum morti tradidit Deus etiam ad multas ejus preces; nè diutius viveret adulterij memoria. Theodoretus q. 26. quam ob rem infantem recens natum morti tradidit Deus? vivus erat futurus argumentum sceleris, & iniquitatis. Pij ergo regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens Dominus, non

finis eum vivere. Mendoza in 1. Reg. 6. Annot. 20.

Cesidit ignis Domini. 3. Reg. 18. 38. Veticum erat lege veteri, nè quis extra tabernaculum sacrificaret. Deut. 12. 5. Et tamen Elias extra templum, quod tabernaculo successit, & in quo sacrificandi obligatio, quæ in tabernaculo fuerat, procedebat; extra templum, inquam, in monte Carmelo immolavit. 3. Reg. 18. 20. Quis non diceret Eliam divinæ Legis violatorem? sed ut Deus testaretur, Eliam non peccasse, imò gratum sacrificium obtulisse, ignem è coelo misit, qui sacrificium absumpsit: quod apud Hebræos erat clarum acceptionis indicium. I-dem ibid.

Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos. Sap. 12. 18.

Rogavit eum a terra reducere pusillum. Luc. 5. 3.

Et fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo. Apoc. 1. 6. Rupertus hic: Rex, & Sacerdos, solus erat, Jesus. Reges, & Sacerdotes facere de servis peccati proposuerat; & idcirco sanguinem fundebat. Utrumque honorem non sibi retinuit, sed suis quoque communicavit. Sylveira hic.

TITULUS V. HOSPITALITAS.

§. I.

Exempla, & præmia.

Ex Veteri.

Abraha.

Sedenti in ostio tabernaculi. Gen. 18. 1. Sedens eos, qui præteribant, venerabatur: quia hospitalitatis sagem expenderat, meruit & universitatis Dominum cum Angelis suis suscipere. Id. ibid.

Abraham, relicti omnibus, piscatum, hospitalitatis rei explicatò, exijt; num alicubi esset viator? num peregrinus, & domum præterit? Vide, quid senex faciat. Non famulo hoc onus imponit, quamquam trecentos decem, & octo haberet. Intellexit; negligens, & iners, esse fervorum genus; nè forte famulus somnò opprimeretur, & interim mercator præteriret, & prædam amitteret. Idem in Pl. 48.

Si invenit gratiam in oculis tuis; nè transcas servum tuum. Gen. 18. 3. Hoc est admirabile! Beneficium das, non accipis. Verè enim ejusmodi res hospitalitas est; quæ magis accipit, quam dat, qui illam promptè, & alacriter exercet. S. Chrylost. hom. 41. in Gen.

Ipsè verò stabat juxta eos sub arbore. Gen. 18. 8. Habebat quidem Abraham in ampla familia expeditos vernaculos 318. & tamen neminem eorum ad serviendum hospitibus adhibebat; sed solus ipse, uxor, &c. S. Hieron. ep. 26. nec bonum, quod exercebat, per alios

minuit; sed quasi prædâ repertâ, humanitati solus incubuit, ipse pedes lavit, ipse vitulum portavit &c. S. Chrylost. hom. 21. in ep. ad Rom. c. 12. 13. *hospitales arem sectantes.* Non dicit facientes, sed *sectantes*: instruens nos, ut non expectemus egenos, donec ad nos veniant; sed ad ipsos curramus, & sectemur.

Hospitalitatis exempla. Abraham excepit Angelos, & meruit Isaac. Gen. 18. 2. 10. Loth evasit incendium. Gen. 19. 2. 16. Rahab salutem est consecuta. Jos. 2. Vidua à fame liberatur, filiumque redivivum obtinet. 3. Reg. 17. Sunamitis impetrat filium. 4. Reg. 4. Zachæus salutem, sibi, & toti domui consequitur. Luc. 19. 9. Discipuli in Emaus meruerunt esse inter primos, qui eum resuscitatum videre. Luc. 24.

Et portaretur ab Angelis in sinum Abraha. Luc. 16. 22. Revera, fratres, parum se beatum credidit Abraham, si in ipsa superna gloria ab ipsa hospitalitatis pio cessaret officio, & solus donis fruere tur divinis; qui hic humana bona, crudelem se credidit, si negaret. S. Chrysol. l. 121.

Quare nullum alium justum videt? non Noe, non Jacob, non Loth, non Isaac; sed Abraham? quoniam hospitalis erat; & in suum tabernaculum viatores pertrahebat. Itaque hujus inhumanitatis major acculatrix efficitur ipsa hospitalitas. S. Chrylost. t. 6. tr. in terræ motum. Ut reprehenderetur ejus inhospitalitas, propterea Lazarum apud Abraham videt. Theophylactus in Luc. hic.

Ppp p §. II. Ex.

Polyanth. Sacr. Tom. I.